

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vita humana presens k
cum fonte primo

Tantis malis hec uita repleta est
ut comparatione eius mors remedium
putetur esse non pena. Nam ideo
breuem illam Deus fecit ut molestie
eius quia prosperitate uinci non poterant,
temporis exiguitate finirentur. Denique
sanctus Iob dicit: Milicia est uita
hominis super terram.

Ambrosius in sermone de quadagesima.

Tantis enim malis haec uita repleta est,
ut conparatione eius mors remedium
putetur esse non poena. Nam ideo
breuem illam deus fecit, ut molestiae
eius, quia prosperitate non poterant,
temporis exiguitate finirentur. Denique
sanctus Iob dicit: *Piraterium est uita
hominum* (Job 7:1);

hoc est siue quod homines in hac uita
omnia experiantur mala – piraterium
enim latine experimentum dici potest –,
seu certe piraterium quod in hac uita
circa homines diabolus tamquam pirata
desaeuiat; piraterium enim habitaculum
piratorum est.

Maximus Taurinensis, *Collectio
sermonum antiqua (extra.)*, 72, 1-2
(CCSL 23, A. Mutzenbecher ed., p.301,
ll.9-19).